De la lib.a del Col.o m. Cuenca

IOANNIS D'HOLLANDERI

BELGÆ GANDENSIS
PROTONOT. APOSTOL. AC
CANONICI D. WALDETRVDIS
MONTIBVS HANNONIÆ

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

DE NOBILITATE LIBER PRODROMVS

Ex Schædis DIONYSI HARDVINI
collectus.

Ad Illuſtriſsimum & Excellentiſsimum
D.D. Ludouicum de Velaſco Marchionem de Belueder, &c.

ANTVERPIÆ,
Apud GVLIELMVM A TONGRIS
Sub Signo Gryphi. Anno 1621.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTmo AC EXCELLmo DOMINO

Domino

LVDOVICO DE VELASCO

Marchioni de Beluedar, Equiti Ordinis S. Iacobi, Commendatori de Valencia del Ventoſſo, A Conſiliis Bellicis Regi Catholico, & Equitum leuis armaturæ in Belgica ſupremo Magiſtro

IOANNES D'HOLLANDER *felicitatem.*

DVæ potiſſimùm cauſæ, Illuſtriſſime ac Excellentiſſime Marchio, me impulerunt, vt hunc de Nobilitate Tractatum ſub auſpiciis Splendidiſſimi Nominis Tui publicæ lucis vſurâ donatum, omnibus legendum proponerē; prima à ſingularium beneficiorū tuorum in me collatorū multitudine proficiſcitur. Altera ab eximia familiæ tuæ claritate, quæ inter

IOANNIS D'HOLLANDERI

DE NOBILITATE

DISSERTATIO.

DE Nobilitate Sermonem inſtituturi, Illuſtriſſime Excellentiſſimeque Marchio, cum Dialecticorum more partiemur. Ante omnia Nobilitatem definiemus, vt intelligatur, quid ſit, de quo eſt diſputatio; deinde quum Nobilitas, ſicut humana omnia, ſit bonum varium, & commutabile, & quibus modis, quibúſve artibus, & virtutibus, id familiis lumen accedat, quibus contrà vitiis & maculis extinguatur, aut deturpetur, plenè diſſeremus, Iſmeniam tibicinem imitantes, qui diſcipulis ſuis non tantùm bene, ſed etiam malè canentes oſtendebat, dicens, hoc modo canẽdum eſt, illo nequaquam; poſt hæc de Nobilitatis origine, & antiquitate dicemus, ab heroicis vſq; temporibus, & aureo ſæculo omnem veterem memoriam repetentes. Poſtremò quæ non aliena à ſuſcepto opere videbuntur, adiiciam, de armis (vti vocant) gentilitiis, eorum inuẽtione ac vſu; diſputationem item de coloribus, quorum in armis